



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Roma Sancta sive Benedicti XIII. Pontificis Maximi &  
Eminentissimorum & Reverendissimorum S. R. E.  
Cardinalium Viva Virtutum Imago Æri & literis in  
perennaturam Virtutum memoriam incisa**

**Conlin, Johann Rudolph**

**Augustæ Vindelicorum, Anno MDCCXXVI**

**VD18 10209328**

No. XXV. Julius Piazza Forolivensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72633)

## JULIUS PIAZZA FOROLIVENSIS.

**J**ulius tit. S. Laurentii in Pane & Perna Cardinalis Piazza Forolivensis Episcopus Faventinus natus est An. 1663. ex illustrissimâ Piazzarum familia, quæ ab antiquissimâ retro origine Germaniam Patriam agnoscit, postea aliquâ sui parte in Italiam transgressa, maximis ibidem incrementis stabilita fuit. Jacobinus de Plaz (quo nomine linguâ nostrâ vernaculâ Piazzas indigitamus) cruento proelio An. 955. interfuerat, quod inter Ottonem I. Magnum Germaniæ Regem, & formidandum Hunnorum exercitum festa Luce Sancti Laurentii ad Augustam Vindelicorum, funestissimo pro hostibus exitu, committebatur. Erat tunc tanta Barbarorum moles, ut vulgo nisi à terrâ absorberentur, aut obruerentur à cœlo, negarent se posse vinci. Verùm Otto cum expedita manu eisdem occurrebat, Barbaris tantâ strage debellatis, ut ex numerosissimo exercitu pene ad unum cæderentur omnes; adeò ut parem de exteris victoriam Germani nunquam pepererint. Erat tunc insignis Augustanorum Civium, plerorumque textorum, virtus; qui Duce Sancto Udalrico Episcopo, cui de cœlo Genius miraculosam Crucem detulit, in medios hostium cuneos imperterritio animo irruerant. Coacervata Hunnorum corpora in scrobes, cum in finem erutas, maximo numero conjiciebantur, hostium vaticinio nimum quantum adimpleto, cum terrâ obruti pene fuerint universi. Postea prædictus Jacobinus Piazza cum eodem Ottonem Magno in Italiam transgressus est; cujus in Italiam ingressus tam pacificus erat, ut nunquam magis res Romana florere visâ; Nam Otto Romanam Ecclesiam vexatam in libertatem asseruit; & adepta Pontificibus oppida, ex hostium manibus erepta, restituit. Diploma refertur à Baronio de Civitate Romanâ cum suo Ducatu, de Exarchatu, de Regno Neapolitano, & aliis ditionibus, quas Pipini & Caroli munificentia in Sedem Pontificiam transfulerat, novo Ottonis favore largiter indultis; quam legitimam donationem si soli oppugnatum eunt, qui Romanum Pontificem sua deturbatum sede, & Sanctam Fidem unâ extinctam volunt. Planè Pontificis Joannis XII. favor non minor in Ottonem existerat; nam eum Imperatoriis decoratum insignibus, Romanorum Regem dixit; & ita demum Romanum Imperium ad Germanos transit, CLX. ferme annis postea, quàm ad Francos pervenerat. Sic Piazzarum Illustrissima familia eo ferme tempore florere occœpit, quo Germania sumæ apicem potentiae attigerat. Tunc equidem Jacobinus Piazza sedem in urbe Parmensi fixerat; cujus nepos Christophorus Ottonum II. & III. militiam secutus, bellica laude usque adeo inclaruerat, ut Longobardorum Dux, magnam tunc Italiæ partem obtinentium, crearetur; Inno fortuna, Piazzis propitia, eum cum Rogeriis Normannis in Siciliam traxerat, ubi is, Sarracenis expulsis, urbem Piazzam, suo de nomine dictam, extruxerat, ut perpetuum eâ in Insulâ, Piazzarum fortitudinis monumentum existeret. Franciscus Piazza Pontificis Eugenii IV. per omnes ferme Italiæ aulas Nuntius, ejus Pontificis partes intemerato semper studio sustinuit. Cum Prædictus Pontifex, Romanis rebellantibus Anno 1433. Florentiam discederet, Franciscus ejus causam absentis nullibi non agebat, rerum successu tam prospero, ut Romana urbs, rebellionis pertæsa, Anno 1435. ad jura & nutum Pontificis rediret. Postea cum Imperator Græcus Joannes VII. Palæologus Anno 1437. cum Eugenio de Unione utriusque Ecclesiæ ageret, in tam arduum negotium, unâ conficiendum, Franciscus Piazza toto pectore incubuit. Interfuerat is Concilio Ferrariensi, eum in finem magna procerum frequentia An. 1438. inchoato; sed cogente peste Florentiam translatus, ibique finitum fuerat.

rat

rat An. 1439. Præfide ipfo Eugenio VI. aderant unâ Jofephus Constantinopolitanus Patriarcha: Joannes Palæologus Orientis Imperator; Bessarion Trapezuntinus, Epifcopus Nicænus; Ifidorus Ruthenorum Archiepifcopus; Gemiftius Pleton; Georgius Trapezuntius, aliique ex Oriente plures. In eo Concilio non tantum Græcorum; fed Armeniorum etiam Unio cum Latinis & Indorum ftabilita eft. Receptum Confirmationis Sacramentum, Romanæ Ecclefiæ Primatus ab omnibus affertus; licet brevi poftea ad vomitum redierint omnes. Inde fuam Regia Constantinopolis perniciem præcipitabat, domina gentium An. 1453. facta fub tributo; quam ei captivitatem Gregorius Mainna, creatus Patriarcha Constantinopolitanus An. 1439. fed lugubriter prædixerat. Tertium, quod Francifcus Piazza Orbi beneficium præftiterat, in eo confiftebat, ut in Felicem V. Antipapam, quem Schismaticum Bafilienfe Confilium adverfus Eugenium IV. elegerat, aheneum murum fe opponeret. Tantum aliqua Germaniæ Pars, (ceu hærefeos aura jam ex tunc nobiliffimam eam gentem afflaret) Bafilienfibus adhærebat; reliquus Orbis pro Eugenio fteterat. Tortantisque in Ecclefiam meritis in fignis Francifcus Piazza, in famâ fanctitatis An. 1460. ultimam diem claudebat, fuos poft fe relinqueret, præclaro documento relicto, ut ficur ipfe feciffet, & reliqui impofterum facerent. Eum probè infecutus erat Camillus Piazza, cujus ætas in XVI. fæculum incidit. Is ob eximia in Ecclefiam merita ad Sacram Purpuram haud dubiè veniffet, nifi ei vita brevior (nam proluxa Magnis fæpè negata Viris) obftitiffet; nam fermè eadem dies, quæ Purpuram destinabat, togam pullatam dedit. Inde Nobiliffimi Piazzæ fuam fedem Forum Livii tranftulerunt; qua quidem in urbe Francifcus Comes Piazza magnificentiffimum Palatium Anno 1712. fuus fumptibus exftroxit, ubi modò Ludovicus Piazza inhabitat, Eminentiffimi noftri Purpurati, Julii Piazzæ Germanus Frater, digniffimus fuo Caftor Polluce. Verùm noftro etiam Germania Comitibus Piazzis ut plurimum gloriatur; Nam multis illorum, divexatâ perpetuis bellorum injuriis Italiâ, Germanum folum præplacuit. Per Comitatum Tyrolenfem, per Carinthiam, & ditionem Salisburgenfem diffusi, magnis ubique incrementis fucceverunt. Turriorum, quorum ftirps in Germania exaruit, gentilitia dominia fibi, pofterisque acquirebant. Floruit in Aulâ Cæfareâ Joannes Bartholomæus Piazza, Imperatricis Mariæ Magdalenæ Therefiæ, ex Domo Neoburgica, fumus Eleemofynarius, idemque Sapientiâ clariffimus. Carinthia Veneratur Polycarpum Jofepfum Comitem de Plaz, Bâronem de Thurn, Dominum in Grädifch, & Ehrental, quem Auguftiffimus Imperator Carolus VI. fuum per Carinthiam Vice-Dominum effe voluit. In Archiepifcopatu Salisburgenfi Illuftri nomine vigent Jofephus Antonius Comes de Plaz, Comendator Ordinis S. Ruperti, idemque Archiepifcopi Camerarius; Joannes Andreas Comes de Plaz, Canonicus Gurcensis; Francifcus Jofephus Comes de Plaz, Camerarius Principis, idemque Aulæ peracceptus. Ut itaque arctius effet Germanos inter & Italos Piazzas neceffitudinis vinculum, An. 1713. inter utrosque facile convenit, ut iisdem prorfus in fignibus ftirps utraque uteretur. Quid multis? in Uno Noftro Eminentiffimo Purpurato Julio Piazza Italarum unâ Sagaciam, & Germanorum candorem bello fœdere confpirare videmus. Is ad fumâ quæque natus, exercitatione auctus, & felicitate abfolutus, Principem Orbis Urbem vixdum attigerat, cum ftatim Sydus in Romano cœlo nitidiffimum futurum omnes augurarentur. Innocentius XII. eum mox Bruxellas, & inde ad Helvetos Nuntium dimiffit, ubi is fuæ veltigia Sapientiæ ubique reliquit. Jam probè exercitatum, Clemens XI. Colonniam Agrippinam ire mandabat. Inde omnium gentium velut incola futurus, ad Polonos ibat, prodigia facturus, fi gentem, perpetuis agitatam motibus conciliare potuiffet. Sed major rerum moles, quæ propediem inftabat, eum ad Nuntiaturam Viennenfem, fumâ, quâ poftet, celeritate advolaturum, advocabant. Planè in eò erat, ut Mars Germanus in bellum præcepsrueret adverfus Principem, quem Pipini, Caroli, Ottones, fuus aliquando

armis tueri visi; sed prudentissimus Piazza Sagacibus consiliis Jovi irato arma è manibus excusserat; Ante omnes Carolus III. (quem modò VI. venerabundus indigitat orbis) Carolo Magno Religione haud inferior, fraternas iras suo interventu, placaverat. Ex toto illo tempore Austriaco Orbi beneficium se Sydus Julius Piazza probabat; Nam Nuntiatura Viennensis tot, tamque Amplas sub se regiones continet, quantas vix ulla alia. Præter Germaniam pene univèrsam, Hungaria, Bohemia, Croatia, Austria, Styria, Carinthia, Carniola, Comitatus Tyrolensis & Gorizius &c. &c. eidem subsunt; hinc Magnus sit necesse est, qui tam vastum, & è multis conflatum gentibus corpus unâ veluti mente & animâ regere & coadunare velit. Rexit tamen Julius Piazza, ita, ut omnium desiderii abundè faceret satis. In ejus Nuntiaturam Morstriffissima Josephi I. Romanorum Imperatoris inciderat, cui in ultimis ita adstitit, ut à mortuali lectulo non dimovendus videretur. Eo vulnere accepto, penè examinabatur gentium Regina Germania, nisi patentem latè hiatus Carolus VI. supplevisset, quò vivo, non habet Germania, quod sibi deesse, credere possit. An. 1710. Faventinus Episcopatus in Julium Piazam translatus est, Josepho Campanara cum grato hoc Nuntio Viennam Austriæ advolante. Adjacet Urbs Farentia Lamoni fluvio, quo in duas partes secatur. Ibi ex creta parantur vasa totius Italiæ longè pulcherrima; campastorali sollicitudine regendam Piazza suscepit, Vas Electionis futurus ipsemet. Ante eam diem Rhodiorum Episcopus denominabatur. Est autem Rhodus nobilissima Urbs & Insula, à militibus Hospitalariis, nunc Melitenfibus, tunc Rhodiis à loco dictis fortissimè contra Solymanum An. 1522. defensa: Jam turpem discessum Turcæ parabant, cum Andreas Amaralus, Liladamo Ordinis Magistro ob præreptos Præfecturæ honores infensus, ideòque proditor, per literas, sagittâ missas, propugnatorum ex inminuto numero imbecillitatem Turcis significabat. Solymanus igitur, qui se vivum Rhodo, nisi interceptâ, nunquam cessurum juraverat, suos iterum animavit; & cum longior obsidio maximam partem militum absumpsisset, pulcherrimam Insulam, æterno Christianorum Principum opprobrio è nostris manibus extorferat. Pontifex Adrianus vanum sine opibus moliebatur auxilium, & quas paraverat onerarias, ventorum iniquitas detinuit. Veneti induciarum prætextu neque militem quidem submittebant. Rex Angliæ Henricus VIII. (tunc adhuc probè Catholicus) quàm procul à calamitate, tam à voluntate quoque subveniendi aberat. Carolus Hispaniarum & Franciscus Galliarum Reges pro exigua Italiæ portione internecinis odiis decertabant; interim Turcæ in Oriente, & hæresis in Germaniâ liberè grassanti, validissima Ecclesiæ membra discerpenda relinquebant. O Reges, ô Pastores gentium! (exclamat quidam non ignobilis author) quàm difficilis vos coram Christo reddenda administrationis Vestræ ratio exspectat, qui hædum vagantem captatis, & integros greges negligitis. Post Episcopatum Rhodiensem, Episcopatum Nazarenum Julius Piazza obtinuerat, ut ubi Christus Redemptor noster domicilium posuisset, Religiosissimarum Sedem Curarum Probissimus Antistes figeret. Tandem exantlatorum Corronidem laborum, Sacram Purpuram tulit An. 1712. 18. Maij. Tunc quidem Carolus VI. meritissimo capiti Sacrum Piretum imposuit, ut ex dignitate Honorantis major splendor accederet ita Honorato. Romam redux factus, statim Legationem Ferrariensem, per abitum Eminentissimi Purpurati Ruffi vacantem pronò Pontificis in eum favore obtinuit. Juvat, Pontificii Oraculi verba omnia hic apponere, ut inde Julii Piazza Magnitudinem non aberraturo judicio dimetiamur. Ea in Consistorio Secreto die 28. Maij 1714. habito, prolata sic habent. *Ferrariensem Legationem, quam Dilectus Filius noster Thomas S. R. Ecclesiæ Cardinalis Ruffus longè ultra triennium, ad quod ei illa à nobis demandata fuerat, sedulo ac fideliter administravit, committere nunc intendimus Dilectio pariter Filio nostro ejusdem S. R. E. Cardinali Piazza; de cujus fide, prudentiâ, probatâque diu in tot, tantisque, & sanè gravissimis laudabiliter ab eo gestis muneribus, integritate plurimum in Domino confidimus.* Hanc Sacram Præfecturam postea ita administravit, ut Clemens XI. in Consistorio secreto An. 1718. 10. Januarii habito iterum disertissimis verbis contestaretur, eum *Pari cum Justitiæ ac Prudentiæ laude* ubivis floruisse, verè Piazza vocandus, cui gloriæ *Locus* ubique inventus; ob eximia sua merita, si non in summo Apice, quem multorum conjecturâ bis attingit, collocandus in terris, Locum certè, Gloriæ plenum, habiturus in Astris,